



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

184. De incestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Deincestis. *Ex Concilio Hilerdensi*  
*cap. IV.*

CLXXXIV. De his qui se incesta pollutione commaculant, placuit ut quousque in ipso detestando & inlicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantum catechumenorum in Ecclesia admittantur; cum quibus etiam nec cibum sumere ullum Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet.

Concil. Hild.  
c. 4.  
Rhab. epist.  
ad Heribald.  
c. 20.  
Burchard. lib.  
7. c. 3.

*Ex Concilio Toletano.*

Salubriter præcavendo sancimus ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usque quo affinitatis lineamenta successione generis cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari. Quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.*

Concil. Tolot.  
2. c. 5.  
Burchard. lib.  
7. c. 6.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

CLXXXV. De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum ad alterum separatione sanaverint. Hos enim esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit; si quis fratris uxoris germanam, si quis novercam, si quis consobrinam, si quis filiam avunculi, vel relictam ejus, si quis patris filiam vel privignam suam duxerit. Sanè quibus conjunctio inlicita interdicitur, habebunt sibi, post actam pœnitentiam, ineundi melioris conjugij (id est, legitimi) libertatem. (id est, potestatem.) [ *Vide epistolam*

Conc. Agath.  
c. 61.  
Concil. Arelat.  
6. c. 11.  
Burchard. lib.  
7. c. 4.